

sine causâ alii regii pueri, cum illorum principem, utpotè primogenitum, inter epulas incautum interfectum viderent. Quare omnes conscendunt mulas, et se quamprimùm in fugam dant. Præverterunt autem illorum cursum alii, quibus nullam moram afferre potuit mularum præparatio, quia pedites se ab insidioso furore subdlexerunt, quique cum non totam tragœdiam expectassent, putârunt cum Amnone alios quoque de regiâ stirpe pueros cecidisse. Et hoc ipsum Davidi parenti, et his, qui in aulâ cum ipso morabantur, annuntiant. Quæ res magnoperè turbavit animum regis, et aliorum, qui regi aderant; qui omnes regis exemplum secuti, cujus dolorem pium ipsi quoque dolebant, consciderunt vestimenta sua, et sese in terram lugentium more congesserunt.

VERS. 32. — RESPONDENS AUTEM JONADAB. Hic fuit ille Amnonis amicus, qui viam ostendit, quomodò incautam virginem attraheret, et suam in illâ libidinem expleret, dignus qui multò magis, quàm Amnon gladium exciperet in infideli pectore vindicem violati pudoris. Qui consolatus est regem, dixitque unum Amnonem sublatum esse ferro; alios autem filios regis nihil esse passos, à quibus Absalom nullo accepisset injuriam, neque haberet, cur in illos quicquam moliretur hostile; unum autem Amnonem ab eo appetitum esse ferro, à quo semper animo alienissimo fuit, ex quo sororem ab illius petulantia compressam esse noverat. Hæc Jonadab, qui si quid haberet pudoris, aut mentis, nunquàm illius facti, cujus ipse auctor, et suator extiterat, meminisset; maxime apud regem, qui, ut verisimile est, illius incendii faciem non ignorabat. Sed sanè verum

que amplissimi, et principes ejus regionis, neque aliis idem pariter rex utebatur. Nunc primùm occurrit in Scripturâ de mulabus seu mulis sermo. Judices Israelis nonnisi asinis veci narrantur. Cave tamen reputes, mulos, de quibus hic, et quibus vehi solebant reges et principes ejus regionis, ac denique quorum erat usus etiam in prælio pro equis, uti de Absalomo legitur, de illâ fatali, quâ sui terfugiens mulâ suspensum illum arbori reliquit; cave, inquam, reputes, simile quidpiam cum nostratibus mulis habuisse, quorum pretium est unicum in corporis robore, gravissimis sarcinis ferendis apto. Mulos Syriæ non edit coitus asinæ cum equo, sed muli cum mulâ congressus. Ejus enim regionis mulæ gravidæ fiunt, uti apud nos equæ, et quos pariunt pulli, tertium quoddam genus inter equum et mulum constituunt; robore equum, celeritate mulum vulgarem, quamquàm formâ corporis huic persimiles, superant. (Calmet.)

est illud, impudentem esse oportere eum, qui semel transierit verecundiæ fines (1).

VERS. 34. — FUGIT AUTEM ABSALOM (2). En quod homicidæ servi in Absalome hortatore ac principe potuerunt habere perugium, quando ipse præsidium petit à fugâ? Fugerunt autem cum illo, ut ipsa sceleris natura suadet homicidæ servi; neque enim, securi esse poterant in Davidis regno, cujus filium inter pocula incautum occiderant, quique non longè aberat ab eo loco, ubi patrata cædes. Tunc verò speculator, qui de more in edito loco perperuas agebat excubias, prospexit magnam hominum, et præcipiti gradu effusam multitudinem (unde constat, quàm lætum, et frequens esset illud convivium, quàm dies ille genialis, quem tanta hominum multitudo celebrârat). Venerunt autem inter hos pueri regii anhelo cursu, exanimati metu, et fratris sui subitum et crudele fatum deplorantes; quorum ejulatus tam in rege, quàm in aulicis viris, et expresserunt lacrymas, et ululatus excitârunt.

VERS. 37. — PORRO ABSALOM FUGIENS ABIIT AD THOLOMAI. Maacha Absalomis mater, filia erat hujus Tholomai. De quâ multa Hebræi; sed, credo, suo more sine ullâ gravi conjecturâ. Dicunt enim captam esse hanc regis alieni ab Israelitico genere filiam à Davide, et juxta legem traditam, Deuter. cap. 21, v. 12, rasisse cæsariem, resecuris unguis, et exuisse vestes, et illa præstitisse omnia, quæ lex ab illâ requirit, quæ viri Israelitæ nuptias inire vult. Ad avum igitur profectus fuit Absalom, apud quem non omninò, ut verisimile est, triennium totum sine metu consumpsit, quia in parentè David signa videbat non obscura offensi, et durum aliquid meditantis animi. Quod ex eo, quod proximè succedit, fit verisimile, ubi dicitur cessasse David persequi filium fratricidam.

VERS. 39. — CESSAVITQUE REX DAVID PERSE-

(1) IN ORE ABSALOM ERAT POSITUS EX DIE, QUI OPPRESSIT THAMAR; necem viri apud se jam ab eâ die statuerat. Voluntatis tamen hujus propositum, fixum licet, altè tamen animo celaverat: consilium erat in ore ceu verbum jam jam proferendum. Chaldæus, Syriacus, et Arabs: *Hoc erat in animo*. Illud Scripturæ in ore ponitur sæpè pro jussione et imperio; Israelitæ ad imperium Domini (Hebr. ad os Domini) proficiscebantur. Absalom necem Amnonis imperavit, ejusque mandato peracta est. Aquila et Symmachus: *Quoniam Absalom iratus illi erat ex die*, etc. (Calmet.)

(2) PER ITER DEVIUM EX LATERE MONTIS. Hebræus: *De viâ post eum, ex latere montis*. A tergo montis Olivarum veniebant, atque secundùm montem gradiebantur. Venisse autem

QUI ABSALOM (1). Non difficile fuisset Davidi regi, quantumcumque contra niteretur rex alius Tholomai. Absalomem capere, deque illo, quas luberet, pœnas de fratricidio sumere; sed satis videtur habuisse animum ostendere plenum indignationis, et ad filii vota, seu postulata difficillem. Sed cum nôset rex prudens, quid ipse paulò ante sceleris admisisset, et suspicaretur luere se pro tantâ in peccando libertate, atque intemperantiâ supplicium, continuit sese, et ne videretur probare, quod esset à filio crudeliter, et fraudulenter admissum, externo aliquo signo alienati animi quotidianum specimen edebat. Nôrat in se peccatum, quod in Amnone damnaverat; atque ideò, ut diximus, illud in Amnone neque supplicio plectere, neque graviore verbo reprehendere ausus est: sceleris quippè conscientia timidos reddit animos alioqui constantes, et audaces. Nôrat item in se peccatum Absalomis, cum ipse quoque per fraudem virum, quem inebriare antè voluerat, occidisset. Quare neque hunc eo conatu, quo debuerat, persecutus est; quia si quis erat ardor, quem excitabat furor, illum peccati non dissimilis timida conscientia restinguebat.

Eo QUOD CONSOLATUS ESSET SUPER AMNON INCENSEMUS è latere Bethel, id est, ex oriente septentrionali Jerosolymæ, trajectoque torrente Cedron, in urbem venerunt. (Calmet.)

(1) Nullibi legimus, Davidem antea persecutum esse Absalomum. Explicari posset Latins textus: *Neglexit persequi Absalomum*. Sed textus Hebræus duos planè oppositos sensus admittere potest: *Cessavit persecutionem suam in Absalom*; illum ulterius à Tholomai socero suo non postulavit. Vel: *Occulto desiderio excipiendi Absalomum conficiebatur*. Vel potius: *Intimo animi sensu ferebatur, ut illum videret, reditum ejus magnoperè desiderabat*. Ita textum exponunt docti plures interpretes, quibus narrationis series plenè favet. Proximè sequens caput ab his verbis exorditur: *Intelligens Joab, quod cor regis verum esset ad Absalom*. (Calmet.)

## CAPUT XIV.

1. Intelligens autem Joab filius Sarviæ quod cor regis verum esset ad Absalom,

2. Misit Thecuam, et tulit inde mulierem sapientem; dixitque ad eam: Lugere te simula; et induere veste lugubri, et ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum.

3. Et ingredieris ad regem, et loqueris ad eum sermones hujusce modi. Posuit autem Joab verba in ore ejus.

4. Itaque cum ingressa fuisset mulier

TERITU. *Consolari hoc loco idem est, quod dolorem esse sedatum, et furem deferuisse*, qui prius regem ad sumendum supplicium incitabat. Affectus autem ille mitior, aut incitatus minus, ex eo provenit, quia aut rex culpam Amnonis considerârat attentius, dignumque putabat simili, aut graviore pœnâ; aut certè quia tempus emollit, et mitigat dura, et ipsa consuetudo facit, ut quæ prius acerbæ, nunc injucunda minus videantur. Sanè ut ex principio subsequentis capitis liquet, animi jam pacati signa dedit aliis non obscura.

Hebræi aliter hunc locum interpretantur; illud enim *persequi* significare putant benevolentiam magis, quàm offensionem. Aiunt enim voluisse Davidem exire sæpè ad filium, ut ultrò illum sibi conciliaret: non tamen ausum esse illum ad se reducere, ne quoties suis occursaret oculis, toties fraternæ cædis memoriam renovaret. Ita Hieronymus in Traditionibus hebraicis.

Ad extremum libet, quod in hunc locum Angelomus tradit morale documentum, atterere. Lapsus fuerat Amnon constupratâ sorore in immane peccatum, cujus fortassè causâ fuit intemperantia, et luxus, dum plus satis splendidis mensis, et frequentibus poculis indulget. Neque tamen aliquid gravius est passus, cum tamen leve non fuerit, quod virgini attulit detrimentum. Abstinere debuit ab immoderatis cibis, et plenis poculis, in quibus est luxuria, ut docet Apostolus, et experientia ipsâ quotidianâ didicit Comicus, qui ex eo quod frequenter viderat, dixit, *sine Cerere, et Baccho friget Venus*. Quia tamen ad vinum, et temulentiam rediit, ibi vitam amisit temulentus, et licet nondum luxuriosus, quia aliò fortassè mentem averterat, ad luxuriam tamen aptè dispositus, æstuanti à vino, et à cibis stomacho distento. Amavit periculum, et in eo utriusque malè sanus interiit.

## CHAPITRE XIV.

1. Joab, fils de Sarvia, ayant reconnu que le cœur du roi se rapprochait d'Absalom,

2. Fit venir de Thécuâ une femme sage, et lui dit: Faites semblant d'être dans l'affliction; prenez un habit de deuil, et ne vous parfumez point, afin que vous paraissiez comme une femme qui pleure un mort depuis long-temps.

3. Ensuite vous vous présenterez au roi, et vous lui tiendrez tels et tels discours. Et Joab lui mit dans la bouche toutes les paroles qu'elle devait dire.

4. Cette femme de Thécuâ, s'étant donc pré-

Thecutis ad regem, cecidit coram eo super terram, et adoravit, et dixit : Serva me, rex.

5. Et ait ad eam rex : Quid causæ habes ? Quæ respondit : Heu ! mulier vidua ego sum ; mortuus est enim vir meus.

6. Et ancillæ tuæ erant duo filii ; qui rixati sunt adversum se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset ; et percussit alter alterum, et interfecit eum.

7. Et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam dicit : Trade eum qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro animâ fratris sui quem interfecit et delemus hæredem. Et quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen et reliquiæ super terram.

8. Et ait rex ad mulierem : Vade in domum tuam, et ego jubebo pro te.

9. Dixitque mulier Thecutis ad regem : In me, domine mi rex ; sit iniquitas et in domum patris mei, rex autem et thronus ejus sit innocens.

10. Et ait rex : Qui contradixerit tibi adduc eum ad me, et ultra non addet ut tangat te.

11. Quæ ait : Recordetur rex Domini Dei sui ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum, et nequaquam interficiant filium meum. Qui ait : Vivit Dominus ! quia non cadet de capillis filii tui super terram.

12. Dixit ergo mulier : Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait : Loquere.

13. Dixitque mulier : Quare cogitasti hujusce modi rem contra populum Dei, et locutus est rex verbum istud ut peccet et non reducat ejectum suum ?

14. Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur ; nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abjectus est.

15. Nunc igitur veni ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præsentem populo ; et dixit ancilla tua : Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.

sentée au roi, se jeta à terre devant lui, et adora ; et elle lui dit : Seigneur, sauvez-moi.

5. Le roi lui dit : Quelle est votre affaire ? Elle lui répondit : Hélas ! je suis une femme veuve, car mon mari est mort.

6. Votre servante avait deux fils, qui se sont querellés à la campagne, où il n'y avait personne qui pût les séparer ; et l'un des deux a frappé l'autre, et l'a tué.

7. Et maintenant tous les parents se soulèvent contre votre servante, et me disent : Donnez-nous celui qui a tué son frère, afin que le sang de son frère qu'il a répandu soit vengé par sa mort, et que nous fassions périr l'héritier. Ainsi ils veulent éteindre la seule étincelle qui m'est laissée, afin qu'il ne reste plus personne sur la terre qui puisse faire revivre le nom de mon mari.

8. Le roi dit à cette femme : Retournez-vous en chez vous ; je donnerai mes ordres pour vous.

9. Elle lui répondit : O roi, mon seigneur, s'il y a *en cela* quelque injustice, qu'elle retombe sur moi et sur la maison de mon père, mais que le roi et son trône soient innocents *d'avoir laissé un meurtre impuni*.

10. Le roi ajouta : Si quelqu'un vous dit un mot, amenez-le-moi, et soyez sûre qu'il ne vous troublera plus.

11. Elle dit encore : Je vous conjure, par le Seigneur votre Dieu, *d'empêcher* que les parents ne s'élèvent l'un après l'autre, pour venger, par la mort de mon fils, le sang de celui qui a été tué. Le roi lui répondit : Vive le Seigneur ! il ne tombera pas à terre un seul poil de la tête de votre fils.

12. Cette femme ajouta : Que le roi mon seigneur permette à sa servante de lui dire une parole. — Parlez, dit le roi.

13. La femme lui dit : Pourquoi refusez-vous au peuple de Dieu, *en faveur d'Absalom*, la grâce que vous m'accordez *pour mon fils* ? et pourquoi le roi se résout-il de pécher *en ne pardonnant point*, plutôt que de rappeler son *fils qu'il a banni* ?

14. Nous mourons tous, et nous nous écoulons sur la terre comme des eaux qui ne reviennent plus ; et Dieu ne veut pas qu'une âme périsse, mais il diffère l'exécution de son arrêt, de peur que celui qui a été rejeté ne se perde entièrement.

15. C'est pourquoi je suis venue pour dire cette parole au roi mon seigneur devant le peuple. Et votre servante a dit : Je parlerai

16. Et audivit rex ut liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hæreditate Dei delere me et filium meum simul.

17. Dicat ergo ancilla tua ut fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione nec maledictione moveatur ; unde et Dominus Deus tuus est tecum.

18. Et respondeas rex dixit ad mulierem : Ne abscondas à me verbum quod te interrogo ? Dixitque ei mulier : Loquere, domine mi rex.

19. Et ait rex : Numquid manus Joab tecum est in omnibus istis ? Respondit mulier, et ait : Per salutem animæ tuæ, domine mi rex ! nec ad sinistram nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex ; servus enim tuus Joab ipse præcepit mihi, et ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

20. Ut verterem figuram sermonis hujus, servus tuus Joab præcepit istud ; tu autem, domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.

21. Et ait rex ad Joab : Ecce placatus feci verbum tuum : vade ergo, et revoca puerum Absalom.

22. Cadensque Joab super faciem suam in terram adoravit, et benedixit regi. Et dixit Joab : Hodie intellexit servus tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex ; fecisti enim sermonem servi tui.

23. Surrexit ergo Joab et abiit in Gessur, et adduxit Absalom in Jerusalem.

24. Dixit autem rex : Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalom in domum suam, et faciem regis non vidit.

25. Porrò sicut Absalom vir non erat pulcher in omni Israël, et decorus nimis ; à vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.

26. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum casaries), ponderabat capil-

au roi pour voir si je ne pourrai point obtenir de lui en quelque manière la grâce que je lui demande.

16. Le roi a déjà écouté sa servante pour la délivrer, elle et son fils, de la main de tous ceux qui voulaient les exterminer de l'héritage du Seigneur.

17. Permettez donc à votre servante de vous supplier encore que ce que le roi mon seigneur a ordonné *pour mon fils s'exécute en faveur d'Absalom*, comme un sacrifice *promis à Dieu* ; car le roi mon seigneur, est comme un ange de Dieu, qui n'est touché ni des bénédictions ni des malédictions. C'est pourquoi le Seigneur votre Dieu est avec vous.

18. Alors le roi dit à cette femme : Je vous demande une chose ; avouez-moi la vérité. La femme lui dit : Parlez, ô roi, mon seigneur !

19. Le roi lui dit : N'est-ce pas Joab qui vous fait faire tout ceci ? Elle lui répondit : O roi, mon seigneur, je vous jure par votre vie (que Dieu conserve !) que rien n'est plus véritable que ce que vous dites ; car c'est *en effet* votre serviteur Joab qui m'a donné des ordres, et qui a mis tout ce que je viens de vous dire dans la bouche de votre servante ;

20. C'est lui qui m'a commandé de vous parler ainsi en parabole. Mais vous, ô roi, mon seigneur, vous êtes sage comme l'est un ange de Dieu, et vous pénétrez tout *ce qui s'est fait* sur la terre.

21. Le roi dit donc à Joab : Je vous accorde la grâce que vous me demandez ; allez et faites revenir mon fils Absalom.

22. Joab aussitôt se jeta à terre, adora, et salua le roi ; et il dit : O roi, mon seigneur ! votre serviteur reconnaît aujourd'hui qu'il a trouvé grâce devant vous, puisque vous avez fait ce qu'il vous avait supplié de faire.

23. Joab partit donc *aussitôt*, et s'en alla à Gessur, d'où il amena Absalom à Jérusalem.

24. Et le roi dit : Qu'il retourne en sa maison, mais il ne me verra point. Absalom revint donc en sa maison, et il ne vit point le roi.

25. Or, il n'y avait point d'homme dans tout Israël qui fût si bien fait ni si beau qu'était Absalom ; depuis la plante des pieds jusqu'à la tête, il n'y avait pas en lui le moindre défaut.

26. Lorsqu'il se faisait couper les cheveux (ce qu'il faisait une fois tous les ans, parce qu'ils lui chargeaient trop la tête), on trouvait que ses cheveux pesaient deux cents sicles, selon le poids ordinaire.

los capitis sui ducentis siclis pondere publico.

27. Nati sunt autem Absalom filii tres, et filia una nomine Thamar, elegantis formæ.

28. Mansitque Absalom in Jerusalem duobus annis, et faciem regis non vidit.

29. Misit itaque ad Joab ut mitteret eum ad regem; qui noluit venire ad eum. Cùmque secundò misisset et ille noluisset venire ad eum,

30. Dixit servis suis: Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem messem hordei; ite igitur, et succendite eum igni. Succenderunt ergo servi Absalom segetem igni. Et venientes servi Joab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalom partem agri igni.

31. Surrexitque Joab, et venit ad Absalom in domum ejus, et dixit: Quare succenderunt servi tui segetem meam igni?

32. Et respondit Absalom ad Joab: Misi ad te obsecrans ut venires ad me, et mitterem te ad regem, et diceres ei: Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo ut videam faciem regis; quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.

33. Ingressus itaque Joab ad regem nuntiavit ei omnia; vocatusque est Absalom, et intravit ad regem, et adoravit super faciem terræ coram eo; osculatusque est rex Absalom.

VERS. 1. — INTELLIGENS AUTEM JOAB FILIUS SARVLE, QUOD COR REGIS VERSUM ESSET AD ABSALOM (1). Videtur Joab toto tempore, quo ex-

(1) Joab ayant reconnu que le cœur du roi se tournait vers Absalom, fit venir une femme sage, et lui dit: Vous tiendrez au roi tel et tel discours. Joab agit en cette rencontre comme un homme habile qui sait prendre ses avantages pour se mettre bien dans l'esprit du prince. Il voit que le temps avait adouci peu à peu dans le cœur de David, la douleur qu'il avait conçue de la mort d'Amnon, et que sa tendresse pour Absalom, qui avait été suspendue jusqu'alors par l'horreur de son crime, se renouvelait de jour en jour. Ainsi, étant persuadé que David cherchait une occasion pour finir l'exil de ce jeune prince qui durait déjà depuis trois ans, il trouve un moyen ingénieux pour lui donner lieu d'exécuter ce qu'il avait résolu de faire. Il savait qu'en cette manière il plairait en même temps à David et à Absalom, en les réconciliant

27. Il avait trois fils et une fille appelée Thamar, qui était fort belle.

28. Absalom demeura deux ans à Jérusalem sans voir le roi.

29. Et ensuite il manda Joab pour l'envoyer vers David; mais Joab ne voulut pas venir le trouver. L'ayant mandé une seconde fois, et Joab n'ayant pas encore voulu venir,

30. Il dit à ses serviteurs: Vous savez que Joab a un champ qui est auprès du mien, où il y a de l'orge; allez donc, et mettez-y le feu. Et ses gens brûlèrent cet orge. Les serviteurs de Joab vinrent avec leurs vêtements déchirés, et dirent: Les serviteurs d'Absalom ont brûlé une partie de votre champ.

31. Joab alla donc trouver Absalom dans sa maison, et lui dit: Pourquoi vos serviteurs ont-ils mis le feu à mes orges?

32. Absalom répondit à Joab: J'ai envoyé chez vous pour vous prier de venir me voir et d'aller demander au roi: Pourquoi suis-je revenu de Gessur? il vaudrait mieux que j'y fusse encore: je demande donc la grâce de voir le roi; que s'il se souvient encore de ma faute, qu'il me fasse mourir.

33. Joab étant allé trouver le roi, lui rendit compte de tout; après quoi Absalom fut mandé, et il entra chez le roi, et, prosterné, il adora devant lui sur la face de la terre; et le roi baisa Absalom.

## COMMENTARIUM.

torris à patriâ vixit apud avum Absalom, de illius restitutione, et revocandâ gratiâ fuisse sollicitus. Quare in eam curam intentus omnem captabat occasionem, quæ illi ad regis leniendum animum aditum aperiret. Cùm ergo non dubiis conjecturis didicisset, minùs quàm ante malè Davidem animatum in filium; quia ut in fine superioris capitis dictum est, *consolatus erat super Amnonis interitu*; illud enim est, *cor regis versum ad Absalom*; consilium iniit, quo patriæ, patrique extorrem. et quasi alienatum adolescentem restitueret.

VERS. 2. — MISIT THECUAM, ET TULIT INDE MULIEREM SAPIENTEM (1). Hebræi, teste Hierony-

l'un avec l'autre selon le désir de tous les deux. (Sacy.)

(1) Thecua erat urbs in monte sita, uberr-

mo, hanc viduam Thecuanam, aviam esse putant prophetæ Amos; neque ullam aliam habent conjecturam, ut ita sentiant, nisi quia unum tantum virum Thecuanum ex Scripturâ, agnoscunt Amos, quasi ex patriæ communitate generis etiam communitas inferri possit. Quid si neque Amos Thecuanus fuit! tantum enim habemus ex Scripturâ, fuisse ex pastoralibus Thecua, id est, in desertis Thecua armenta pavisse. At in illis locis alii qui Thecui non essent, suas habuerunt caulas, et armenta paverunt. In quibus fortassè fuit David, qui non procul ab illâ solitudine vixit, dùm paterno gregi pastoriam operam navaret. Nihil igitur habemus aliud, quàm à Joab adductam esse mulierem sapientem, quæ optimè posset inductâ parabolâ regem jam suâ sponte inclinatum eò adducere, ut filium placatior, et propitius admitteret; quod et tentavit sapienter, et feliciter consecuta est. Tradunt etiam Hebræi hanc feminam Thecuanam verè fuisse viduam, verè duos habuisse filios, verè rixatos in agro, verè ab altero alterum occisum: quare nihil à feminâ commentum, sed tantum historiam veram ad Absalomis casum applicatam. Ita Hebræi, sed non majori fide, quàm superiora. Cum Hebræis sentiunt aliqui ex nostris, Angelomus, Rabanus.

Mihi probabilius est, rem totam confictam à Joab, et ejus suasu, atque instructu Davidi propositam à Thecuanâ feminâ. Id enim planè valet, quod statim dicitur, et postea v. 49, ubi femina dicit omnia verba hæc in ipsius ore posita à Joab, et ab eodem illius sermonis figuram esse conversam. Ita putat Abulensis q. 41. Tota historia aperta est, et illius applicatio non difficilis, atque ideò non multò nobis in illius explicatione laborandum est.

VERS. 4. — SERVA ME, REX. Familiaris, et quasi legitima formula, quâ ab aliquo aut jus nostrum obtinere volumus, aut id certè oramus, quod vitæ nostræ, aut rationibus valdè necessarium est. Sic l. 4 Reg. c. 6. v. 26, dixit mulier, quasi jus suum obtinere vellet à feminâ aliâ, quæ debitum negabat ad regem, legum atque justitiæ vindicem: *Salva me, Domine mi rex*. Et quasi hæc esset familiaris forma, 1 mis abundans pascuis, distans à Bethlem sex millibus passuum, à Jerusalem verò novem. Ita S. Hieron., Adrichom. et alii. Hinc fabulantur R. Salomon et R. David, mulieres et viros Thecua fuisse cæteris sapientiores, eò quòd Thecua sit fertilis olearum et olivarum; regiones enim oleis fertiles gignere sapientes, ut eadem Thecua genuit Amos et Habacuc prophetas. (Corn. à Lap.)

Par. 16, v. 35, monet David, ut omnes confiteantur Domino, et dicant solemnem illam in orando formam: *Dicite, salva nos, Deus*. Hinc frequens in Hebræorum orationibus *hosanna*, quod idem est atque *salva, obsecro*. Quare illud *serva*, quod supplex adhibuit Thecuana mulier, non fuit propria hujus feminæ vox, sed omnibus communis, qui ad potentiorum misericordiam supplices accedunt.

VERS. 7. — TRADE EUM, QUI PERCUSSIT FRATREM SUUM, UT OCCIDAMUS EUM. Num. c. 35, v. 18: *Propinquus occisi homicidam interficiet, statim ut apprehenderit eum, interficietur*. Et statim v. 21: *Percussor homicidii reus erit: cognatus occisi statim ut invenerit eum, jugulabit*. Fingit itaque mulier filium suum occisum à fratre, et cognatos juxta legem nuper allatam conari, ne fraternus sanguis maneret inultus; atque ideò ardenti studio ad supplicium expetere capitale fratricidam. Quid eâ lege Deus cautum esse voluerit, aut lex illa jubeat, aut permittat, vel impunè tantum possit, aut etiam extra culpam quispiam cognatum sanguinem ulcisci, non est hujus loci explicare pluribus. Placet quod docet Cajetanus, hic à Deo, iudicibus, legumque custodibus præcepta tradi, quando lege in homicidam agere debeant, et quando homicidæ ignoscere, aut illum iudicio persequi legitimo non liceat. Ubi definit, posse quidem cognati sanguinis ultorem impunè alteri mortem afferre, non tamen sine culpâ: sicut alia sunt plurima, quæ ad pacificam eorum administrationem multa permittunt, quæ tamen non probant leges. Plura vide apud Abulensem in caput proximè citatum ex Numeris.

ET DELEAMUS HÆREDEM. Probabile facit commentum suum Thecuana mulier: posset enim aliquis hære hîc, et quærere, quidnam commodi cogitare potuerint cognati, qui tam sunt avidi ulciscendi sanguinis à fratre profusi. Id nunc mulier illa sapiens inducit; dixerat enim consultò duos tantum sibi fuisse filios, et se esse viduam; quare cùm filiorum alter esset occisus, neque à viro, utpote jam mortuo, ulla esset præterea speranda soboles, consequens erat, ut altero etiam sublato, paternæ possessionis omninò tolleretur hæres; atque ideò ne ad alienos hæreditas cognata deflueret, ipsi cognati jus à lege habuerunt certum, ut vacuum illam possessionem adirent. Hanc itaque rationem indicat Thecuana mulier illis verbis: *Et deleamus hæredem*. Quasi dicerent, ut tollamus impedimentum, quod nobis ad paternam bona aditum occludit.